

RECTOR ACADEMIÆ
ARGENTINENSIS, JOHANNES
BECHTOLDUS, SS. THEOLOGIÆ
DOCTOR ET PROFESSOR,

STUDIOSIS ADOLESCENTIBUS
S. P. D.

NON immeritò diabolus in Apo-
calypsi Johannis cap. 12. v. 9. *Ser-
pens antiquus & draco ille magnus*
appellatur. Idem enim omninò
studium, eadem actiones. & effectus ijdem
sunt ipsius diaboli & serpentis. In forma ser-
pentis à diabolo decepti sunt primi nostri pa-
rentes in Paradiso: ut, proh dolor, universum
genus humanum horrendæ iræ DEI, male-
dictioni legis, pœnis & hujus, & æternæ vitæ
sit subjectum. *Serpens enim callidior cunctis
animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus,
dixit ad mulierem: Etiam nè dixit DEUS,
Non comedetis ex ulla arbore paradisi? Dixit
autem mulier ad serpentem; De fructu arboris,
quæ est in medio horti, dixit DEUS, non come-
detis ex ea, neq; tangetis eam, ne fortè moriamini.
Cui serpens respondit: Nequaquam morte mo-
riemini: sed novit DEUS, quod in die, quæ come-
detis,*

B

detis,